

FABVLARVM  
POETICARVM  
P. OVIDII META-  
MORPHOSI DESCRIP-  
ptarum

INTERPRETATIO ETHI-  
*ca Physica & Historica.*

Autore .

GEORGIO SABINO.

LIBER XIII.

FAB. I. CONSEDERE DVCES &c.

De contentione inter Ajacem & Vlyfsem : &  
& de Ajacis cruore in hyacinthum.

Consilium & eloquē-  
tia plus af-  
ferunt uti-  
licitatis quā  
arma.

**A**jacis & Vlyffis contentio de armis, sumpta est ex Euripi-  
pidis Helena, ibi enim fit ejus mentio à Teucro comme-  
morante casum sui fratris; ac videtur conficta ad imminu-  
endam eorum opinionē, qui arbitrantur nullam esse virtu-  
tem admiratione & honore dignam, nisi fortitudinem de-  
certandi. Multi enim sic habent persuasum, bellatores  
antecellere omnibus hominum ordinibus, magisq; neces-  
sarios esse Reipublice quā viros eloquentia, consilia &  
eruditione prestantes. Nec dubium est plurimos & olim  
fuisse & Athenis & Rome hac opinione inflatos, qui occa-  
sionem huic figmento præbuerint. Tractatur igitur hæc  
contentione locus communis, quem Cicero tractat in 1.  
Officiorum, ubi dissipat, res urbanas prestantiores esse  
bellicis, cum inquit:

Cædant